



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

35. Quid si locus esse nullius Dioecesis prætendatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

sess. 21. c. de Reform. ob quam non facile est veniendum ad beneficiorum divisionem, c. Majoribus cap. vacante de prob. c. 1. ubi glo. de reb. Eccles. non alien. Farin. d. decif. 288. n. 3. sed in augmento cultus divini, DD. d. c. audientiam, de Ecclesiis adifican. pro quo temper facienda est interpretatio. Farin. decif. 316. nu. 4. part. 2. Franc. Macens. dec. 323. nu. 2. part. 2. Rev. conf. 204. n. 12. conf. 20 nu. 6. l. 1. qua in re multum pollet iudicium ordinarii, cui in hac materia multum deferendum est, non solum ex dispositione Concilii Tridentini, sed etiã jure communi. Rebuff. de congrua portione n. 68. Surdus de alienat. ut. 4. n. 43. & seqq.

### QUESTIO XXXV.

Quid si locus nullius Diœces. esse pretendatur?

Ordinarius intra limites cujus Diœces. locus nullius Diœces. esse dicitur, non habet, si juris communis dispositionem consideremus, in ejusmodi loco jurisdictionem ordinariam. c. de Xenodochiis de Relig. dom. Ver. al. dec. 306. l. 1. Farin. dec. 501. part. 2. At verò, si dispositionem Concilii Tridentini spectabit ad Ordinarium vicinioris, Trid. sess. 24. cap. 9. de Reform. præsumetur autem vicinioris, contra quem causa committitur, ne dum de vicinitatis qualitate disputatur, Ecclesie maneat æcephala. Farinac. decif. 396. nu. 2. part. 1. idque nisi locus qui dicitur nullius Diœces. sit, sit intra Diœcesim Ordinarii remotioris, spectabit ad ipsam Jurisdictionem, nisi ad assistentia Juris communis, quæ stat pro Ordinario. obfuscerat ex possessione partis alterius. Farin. dec. 501. nu. 4. part. 2. aut ejus antecessoris: possessio enim prædecessoris successoris prodest, Rota decif. 1. de rest. spol. in novis, Guido dec. 269. Farin. d. decif. 501. nu. 2.

### QUESTIO XXXVI.

Conservatores an habeant Jurisdictionem.

Conservatores, si juris scripti dispositionem contemplerur, cognoscunt dumtaxat de injuriis manifestis. c. 1. & fin. de offic. in 6. at verò, hodierni ampliore longè habent facultatem à forma privilegii dependentem. c. cum dilecta de Rescript. Guido decif. 18. Francis. Mercur. delphinali decif. 349. lib. 10. plenè Corneus conf. 15. per rot. l. 3. Firmac. decif. 616. part. 2. Probus in addit. ad Jo. Monachi d. cap. 1. de offic. decif. 196. In qua solent appellari non simpliciter conservatores Judices. Corneus d. conf. 15. n. 6. l. 3. specialiterque solet eis committi cognitio bonorum eorum, quorum sunt conservatores. Farinac. d. decif. 616. nu. 3. part. 2. ut certè exoleverit, seu parum hoc æternis conservatoribus quadret dispositio illa juris scripti. d. c. 1. de offic. del. in 6. teste Joanne Andr. d. cap. fin. n. 3. Host. n. 4. Navar. in Manuali c. 27. n. 125. vers. neq. conservator. Farinac. d. decif. 616. nu. 3. part. 2. Adjectis eorum commissionibus clausulis: Contradictores quoslibet & rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendo per quam censetur data facultas judicialiter procedendi. Jo. Andr. d. c. 1. nu. 9. vers. si ergo. & ibi Host.